



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Med. III. De Cautela Operarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

ideas; hoc enim medium præ alijs salutare S. Ignatius existens est, unde tantam in rebus spiritualibus, & animabus grandis dirigendisque peritiam, felicitatemque est consecutus.

Considera II. Quād efficacia simul, & facilia sint hæc media, quāmque frequenti hactenus experientiā, copiosissimō fructu comprobata.

Considera III. An & quomodo tu hactenus ea adhibueris, non eorum illorum neglectus causa fuerit, quo minus optatum ex officijs tuis fructum reportares. Colloquium ad Christum. Vide Spinolam p. 2. med. 90. p. 2. fol. 224.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 47. & illa præcipue verba sibi applicentur: age, quod agis; fideliter labora in vinea mea, egoero merces tua, veniet una hora, quando cessabit omnis labor & tumultus.

### Pro 6. Die.

#### M E D I T A T I O IV.

#### DE CAVTELA OPERARII.

##### Scopus.

##### Cognitio insidiarum Daemonis, & Devitatio.

##### Punctum I.

Considera I. Parabolam de homine seminante, quam in hunc modum S. Matth. c. 13. describit: *Simile factum est regnum celorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem servi patris familias, dixerunt ei: Domine, nōnne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Et ait illi: inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? & ait: Non; ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eius & triticum. Sinite utraque crescere usque ad mensem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite pri-*

Ec 4

mūm

enūm zizania, & alligate ea in fasciculos ad combundum, triticum autem congregate in horreum meum. Considera, inquam, quām convenienter hēc parabola cū Religioso aut Sacerdoti in salute proximi procuranda cūpato conveniat, quām bene labores illius tritico, vītis & imperfectiones, quas dīctis laboribus ex impulsu deūnis immiscet, zizanijs comparentur.

Considera II. Si quantō p̄stantius est triticum, tūd graviūs est damnum, quod zizania tritico tali immingant, quantopere abominanda, & cavenda sint zizani, fructum laborum nostrorum, puta Dei gloriam, noluntur & proximi salutem impediunt.

Considera III. An haec tenus dignam de damno tali informationem conceperis; debitāmque diligentiam iū zizani spiritualibus p̄cavendis adhibueris. Colloquii SS. PP.

### Punctum II.

Considera I. Quānam sint illa zizania, quæ Diabolus non in medio duntaxat, sed etiam in initio & fine tuū tritici id est, laborum superseminare conatur; nimurū primū in initio conaur malam intentionem imuniscere, ut te spūi potius id est, laudem, honorem, vanam delectationem tuū quām Dei gloriam, aut proximi salutem quāras, quod quādem vel ex eo colliges, quōd ad illa munera, in quibus zizani commoda minus reperiuntur, non æquē promptus sis, rite ad alia, quæ magis sunt honorifica, sensiblisque jocundia. II. In medio laborum efficere conatur, ut vel cum tedium, vel cum negligentia, vel cum impatientia, vel cum inordinata complacentia, vel cum sensuali affectu actiones miseris convenientes exerceas. III. In fine laborum studes, vel tristitiam inordinatam ex malo successu, vel vanam gloriam & despicientiam aliorum ob felicem eventum, vel vanum jactantiam, & inordinatam lātitiam; aut nimiam tuū informationem, & noxiū altiorum munerum, operūque operitum ingerere.

Considera II. Si quodvis horum zizaniorum sufficeret triticum laborum tuorum corrumpendum, quantum danū creatura sint tam multa, tāmque noxia zizania, si non studiosè ab agro tuo, id est, animo avertas.

*Exercitiorum.*

441

Confidera III. Quād diligentiam hactenus in ijs, vel  
præcavendis, vel cœlēndis adhibueris, aut quād deinceps  
adhibere velis. Colloquium ad SS. V.

Punctum III.

Confidera I. Quæ potissimum media conducant ad dicta  
tirania avertenda; ea videlicet, quæ Christus Matth. 29.  
indicavit, dum dixit, *Vigilate & orate, ne intretis in ten-  
tationem.* Verè enim ex defectu horum mediorum omnes  
ut plerique tentationes, malaque inde creata oriuntur, un-  
de Christus in Parabola dixit, inimicum superseminâsse zi-  
zania, cum dormirent homines.

Confidera II. Quid sit vigilare, nimirum oculos mentis  
apertos habere ad fraudes dæmonis cognoscendas; item in-  
fructum esse armis, quibus repellas inimicum ab agro, qua-  
lia arma sunt studium puræ intentionis, imaginatio præsen-  
tis Dei, contemptus sui & rerum terrenarum, amor Dei &c.  
Hec enim remedia sunt ijs vitijs, de quibus in priori punto  
mentio facta est, profligendis, & cœvendis aptissima, uti con-  
siderant patebit.

Confidera III. Quomodo hæc media hactenus adhibue-  
ris, aut certè deinceps adhibere velis. Colloquium ad Chri-  
stum. Vide Spinolam p. 2. med. 888. fol. 219.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 6. & illa præcipuè verba be-  
ne ponderentur: scito, quod antiquus inimicus omnino ni-  
tuit impedire desiderium tuum in bono, & ab omni devoto  
exercitio evacuare. Sit tibi in cautelam & perpetuam hu-  
militatem ruina hæc superborum de se stulte præsumen-  
tium.

Pro septima Die.

M E D I T A T I O I.

D E B E N E F I C I O R E D E M P T I O N I S.

Scopus.

*Amor & Imitatio Christi patientis.*

T E s c r i p t i o n e : *Mibi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini  
noſtri IESV Christi.* ad Galat. 6.

E e 5

Pun-